

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Artaxerxes

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

A. Proh Deum atq; hominum fidem. o cœlum o terra, arde. tanta inuentum esse quenquam audacia

HAM. Existi ira inflammatus. Quantum ego illum uideo, res mihi ad restim rediit. Sed tamen tentabo animum regine, si forte misereat mei. quod si hac non succedat, actum est. licet perij. Regina, iam non deprecor culpam merui, fateor. hec potest ullum supplicium maius esse meo crimine. Sed te supplex, genua amplectens, per istam clementiam. A. Quem neq; pudor, neq; mea maiestas deterruit. Sed quid uideo? Atat, etiam ad lectum regine? O magne Iupiter, etiam ne ut reginam domi apud me ui comprimat? Corripite, uelate uultum: magnus est qui lucem tueatur. HARB. At etiam si scias quid machinatus sit in Mardochæum, hominem de te, rex, optime meritum, utpote per quem facta in eo coniu ratio patefacta sit. Crucem ante domum suam in altitudinem cubitorum quinquaginta erigendam curauit, in quam eum tolleret. A. Percommodè cadit, autorem in eam tollite, ut eadem, qua alios captat, uia capiatur.

## SENTENTIA.

Muliebrum illecebrarum magna uis est in utramq; partem: hoc est, uel ad nocendum, uel ad iuandum. Malum consilium consultori pessimum. Impij suo ipsorum laqueo iugulantur.

ARTAXERXES. Nehem. i.

0 A R G V S

Nehemias à rege Artaxerxe ueniam & o-  
pes impetrat, eundi instauratum urbem Hiero-  
solytam.

Artaxerxes, Nehemias.

**Q**ui fit ut uultu sis adeò tristi, cum nò egro-  
tes? Mirum ni animi tristitia est. N. Rex  
in perpetuum uiue. Possum ne non tristi uultu esse,  
cum urbs, in qua sepulchra sunt maiorum meorum,  
euerfa sit, & eius portæ igne deflagauerint? A.  
Quid nã ergo petis? N. Si tibi uideatur, & si quid  
apud te ualeo, ut me dimittas in Iudæam, ad in stau-  
randam urbem patriam. A. Ego uerò dimitto. Tu di-  
cito, quid tibi ad istud fieri uelis. N. Curabis, si  
placet, ut mihi dentur literæ ad prætores Syriae, qui  
me curent deducendum, dum perueniam in Iudæam.  
Deinde literæ ad Asaphū regiae syluæ custodem, qui  
mihi ligna suggerat ad reficiendas portas arci, quæ  
est ædi coniuncta: urbisq; mœnia, & domum, in quã  
sum diuersurus. A. Dabuntur quæ petis. N. A-  
go tibi gratias immortales, rex, tibiq; fortunatissi-  
mum longissimumq; regnum precor.

## SENTENTIA.

Regis animum Deus habet in manu, eumq;  
quocunq; uult inclinat. Cui propitius est De-  
us, huic conciliat beneuolentiam potentium.

NEHEMIAS. Nehem. 5.

ARGV